

rint, cognationem spirituales nullo pacto
contrahent. Item ꝓ Patrinus, aut Matrina,
aut ambo simul, cognationem spirituale in
Baptismo contrahunt, si Baptizatum ad bap-
tismum, cum effusione, vel aspersione perfici-
tur, tenent: Cum vero immersione, qui im-
mediatē de Sacro Fonte, ē manibus Sacerdo-
tis leuant: alias nullam cognationem spiri-
tualem contrahunt, De qua re, à Parocho ad-
moneantur. Item debet docere populum si-
bi cōmissum, ꝓ quoties infans, aut catechu-
menus versatur in vitæ periculo, potest sine
sollemnitate baptizari à quocunq;, siue Cleri-
co, siue laico, viro, aut femina, seruata tamē
forma & intentione Ecclesiæ. Sed si adsit
Sacerdos præferatur Diacono, Diaconus Sub-
diacono, Clericus laico, & vir fœminæ: nisi
si pudoris gratia deceat fœminā, potius quā
virum baptizare Infantem non omnino edi-
tum, vel nisi melius fœmina sciret formam
baptizandi. Et ꝓ pater, aut mater nō debet
baptizare filium, præterquam in mortis arti-
culo, quando alius non reperitur, qui bap-
tizet. cap. Si vir. de Cogn. spir. Item quod pa-
ter aut mater proprium filium ad Baptismū
nō teneat, etiam si immincat filio mortis pe-
riculū